

Marcus Berga Georg Heppner

Disputatio Iuridica, De Quartis Legalibus

Rostochii: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796713081>


Druck Freier  Zugang



Gesetzliche Viertel

M. Borge (S. Heppner)

R. U. in 1636.



18. 2

Disputatio Juridica,
De

QUARTIS LEGALIBUS

Quam
Auctore & Directore
JEHOVA


Consensu & Approbatione Magnifici
& Amplissimi Jctorum ordinis in cele-
berrimâ ROSARUM Aca-
demiâ

P R Æ S I D E
Viro Admodum Eximio & Eruditissimo

DN. MARCO BERGA, Silesio.

Placide ventilandam proponit
GEORGIUS HEPPNERUS, Uratislavia-Silesius.

Ad diem 30. Mensis Maji Horis à 7. Matutinis.



ROSTOCHII,
Litteris Viduae JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXVI.

1636

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Consultissimis & re-
spectivè admodum Reverendo, Experientissimo &
Clarissimo*

Dn. JACOBO à VVINNS & Hennersdorff/
hereditario in Seeschwitz.

Dn. SEBALDO à SCHILLING, hereditario
in Hartlieb.

Dn. CHRISTOPHORO MINGIO, JCTO
Eminentissimo.

Dn. JOHANNI MÜLLERO, SS. Theologiæ
Licentiatò & ad ædem Divi Petri in illustri Ham-
burgo Pastori celeberrimo.


Dn. PAULO HEPPNERO, Phil. & Med.
Doctori, nec non Practico apud Uratislavienses
felicissimo.


Dn. THOMÆ SCHRÖERO, J. U. C.
& Reipubl. Uratislaviensis Scabinographo me-
ritissimo.

Dnn. suis Mecænatibus, Pro-
motoribus, Patronis & Patrueli,
quovis honoris cultu prosequen-
dis

*Exercitium hocce Juridicum debita ob-
servantia & conservanda benivolentia
causà devotè offert.*

Georgius Heppnerus, Uratislaviâ-Silesius
A. & R.





UM IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI, qui suæ virtutis magni-
tudine etiã res penitus desperatas donare &
consummare potest §. 2. de concep. Digest. ad
studia & omnes actiones nostras semper pro-
gredi debeamus l. 2. in pr. C. de Offic. Præf. Præt.
Afr. ab invocatione Sanctissimi ejus NUMINIS & auxilii Divi-
ni imploratione telam Exercitii hujus Juridici disputatorii DE
QVARTIS LEGALIBUS haud inconvenienter me exorsu-
rum arbitror.

THESIS I.

Quibus ita præmissis, statim rem ipsam aggredior & ad
vocabulum QVARTÆ, quod hic non sumitur pro
numero quaternario Arithmetico, sed generaliter
quartam bonorum partem denotat, vel quod idem est,
Quadrantem ejus assis, de quo agitur & disceptatur, significat,
progredior.

2. Quanquã verò non inficias ire possim, QVARTAS,
quæ in jure nostro frequentissimè occurrunt, esse varias ac mul-
tiplices, ita ut methodica illarum omnium enucleatio, quæ in
tyronem Juris omninò cadere non potest, ferè integrum & pe-
culiare tractatum desideret. Exercitii tamen causã, pau-
cis omisiss, hac vice plurimas, & quidem primarias, ac usita-
tissimas, pro temporis & instituti ratione breviter attingam,

3. Constitutis his quatuordecim QVARTARUM spe-
ciebus, I. Quartã FALCIDIÆ. II. Quartã TREBELLI
ANICA, olim PEGASIANA dictã. III. Quartã LIBERO-
RUM,

RUM, PARENTUM & FRATRUM quæ vulgò appellatur
LEGITIMA. IV. Quartâ ARROGATI siue D.PII. V. Quartâ
FISCI. VI. Quartâ EPISCOPORUM. VII. Quartâ CURIÆ.
VIII. Quartâ AGNATORUM. IX. Quartâ CENTESIMÆ. X.
Quartâ FILIÆ MAIESTATIS damnati. XI Quartâ MA-
TRIS, vel AVIÆ CURIALIS XII. Quartâ MONACHI. XIII.
Quartâ SUPERSTITIS FILII & XIV. Quartâ quæ CON-
JUGI INOPI est relinquenda, & si quæ alia est.

4. Ex quibus ratione frequentis usus & tractationis, aliæ
PRINCIPALES aliæ verò MINUS PRINCIPALES dici possunt
PRINCIPALES sunt, Quæ I. omnibus heredibus legatis
Oneratis ut FALCIDIA 2. omnibus heredibus per
Fidei commissum ultra quadrantem gravatis, ut TREBELLIA-
NICA. 3. Liberis & Parentibus, imò etiã fratribus & Sorori-
bus consanguineis, sed non uterinis, in hoc unico casu, si scilicet
frater vel soror in testamento turpes personas instituerit. *l. 27. C.
de in offic. test.* ut LEGITIMA 4. Impuberibus causa cognita
arrogatis, sine causa tamen Emancipatis vel exheredatis, ut
QUARTA D. PII, competunt, & ab Imperatore nostro in
suis Institut. §. 3. *de adopt.* §. 3. *de inoff. test.* §. 1. & 3. *de L. Falcid.* §. 6. 7.
& 9. *de fidei commiss. heredit.* recensentur.

5. QUARTARUM Minus PRINCIPALIAM
locum obtinent reliquæ DECEM ex Digestis, Codice &
Novellis passim collectæ, ad quas singulas secundum Metho-
dum arbitrariam pertractandas ut deveniam, mearum jam erit
partium.

6. Et quamvis quilibet rerum suarum sit moderator & ar-
biter *l. 21. C. mand.* neminem tamen, quò minus leges in testa-
mento suo locum habeant, cavere posse. *l. nemo 55. ff. d. leg. 1.* Sed
ad juris regulas arbitrium suum conformare debere, certi & ex-
plorati Juris est, atque inter alia ex legatis, quibus per L. Falci-
diam certus modus est impositus, satis constat; Nam cum olim
L. 12. Tab. libera legandi potestas concederetur, adeò ut etiã
totam hereditatem legatis exhaurire liceret, & ob id defuncti
plerumque intestati decederent, scriptis heredibus, ob nullum
vel

vel minimum lucrum hereditatem adire recusantibus *Instit. in pr. de L. Falcid. l. 53. & l. verbis legis 120. ff. de V. S. VVesenb. π. ff. ad L. Falcid. n. 3. & Harpr. ad pr. Instit. de L. Falcid. n. 2. cum seqq.* Postea nimia hæc legandi licentia, quæ planè totum patrimonium consume-
bat, L.L. interpretatione, tanquàm freno est coercita & coangu-
stata; siquidem legatorum est, ex hereditate nonnihil delibare
& diminuerè, non verò universum, quod heredis est futurum,
exhaurire, *arg. l. legatum 116. ff. de leg. 1.*

7. Hinc primò L. Furia testamentaria à Cajo Furio Tribu-
no plebis fuit lata, quâ, ne cui supra mille asses vel aureos lega-
re, vel mortis causâ donare liceret, cautum erat, *Vultejus Inst. ad L. Falcid. pr. n. 3.* Quæ lex cum tantùm de singulis, non verò univer-
sis legatariis loqueretur, & ita legando multos millenos asses si-
ve aureos, indies eluderetur, *Q. Voconius Saxa, L. Furiâ,* tan-
quàm de jure minus perfectâ abrogatâ, *Ulpian. in fragm. de leg. & morib. §. 1.* postea L. Voconiam, ab ipso autore & Tribuno plebis
sic dictam, tulit, qua caveretur, ne cui plus, quàm heredi relin-
quere liceret, quæ & ipsa distribuendo bona in plures legatarios
sæpissimè evertebatur, & in idem vitium incurrebat.

8. Verùm quia hæc duæ prædictæ leges, ad rei consumma-
tionem nondùm sufficere videbantur, lege tandem FALCIDIA,
quæ non singulos duntaxat, sed omnes legatarios & totam here-
ditatem concernit, provisum est, ne plus quàm dodrantem totius
patrimonii, sive 9. uncias legare liceat, quarta honorum parte
integra apud heredem heredesvè remanente, *Instit. in pr. de L. Fal-
cid. l. 1. in pr. & l. in quantitate 73. Sergo 5. ff. eod. Vultej. ad pr. Instit. h. t. n. 4.*
VVesenb. in π. ff. ad L. Falcid. n. 4. Ulpia. eleganter in fragm. tit.
24. §. 30.

9. Atque ita omninò quatuor hac de re latæ sunt leges, 1.
Lex. 12. Tab. quæ neque modum, neque finem legatis impone-
bat 2. L. Furia 3. deindè L. Voconia, quæ duæ leges modum qui-
dem statuebant, sed finem nullum faciebant, & 4. denique L.
FALCIDIA, quæ & modum & finem legatorum fecit. ideoque
meritò perfectissima hoc in genere habita, & tribus prioribus
antiquatis, usu est recepta. *VVesenb. in Inst. §. 1. de L. Falcid.*

10. Quomodo vero alia multa leges ab auctori-
bus suis denominationem acceperunt, ita etiam hæc lex à suo
Inventore Publ. Falcidio Tribuno plebis, FALCIDIA dicta.
*C. quædam 6. dist. 2. Donell. 8. comm. 22. in pr. n. 30. Dn. D. Joh. Gerelt
in disp. 7. de success. th. i. lit. B. & temporibus D. Augusti adhuc Tri-
umviri, multò antè quàm de fideicommissis ulla esset suspicio, &
ante Tribunitiam potestatem in Augustum translata, fuit lata.
Vvesenb. in π . ff. ad L. Falcid. n. 2. teste Dione lib. 48. & Euseb. in Chron.
Itæm Isid. lib. 5. Erym. c. 17. undè exemplo L. VOCONIÆ quàm
Gell. lib. 20. c. 1. rectè appellat Plebiscitum Voconium, etiam Falci-
diam ratione originis Plebiscitum, ratione verò L. Hortensia,
qua Plebiscita non minùs valere quàm leges ceperunt, legem
esse concludimus. Nec obstant nobis vulgò dissentientes, qui
Falcidiam à Consule Falcidio, vel falce sive falcando dedu-
ctam volunt, cum, ut falx scævum; ita hæc lex legata
refecet.*

11. Describitur autem L. Falcidiæ legatorum diminutio,
qua testatori certus legandi modus præscribitur, ne totam suam
hereditatem legatis exhauriat, sed heredi instituto (sive unus, si-
vè plures sint heredes) quartam hereditatis vel portionis partem
salvam & illibatam relinquat, cui, si aliquid deficit, heres eandem
integrè à legatariis detrahat *Instit. de L. Falcid. in pr. l. 1. & 2. ff. eod.*
Et duabus potissimum constat partibus, quarum prior legandi
potestatem usq; ad dodrantem concedit, posterior verò modum
legatorum, & ne heres minus, quàm quartam partem accipiat,
constituit *d. l. 1. in pr. ff. ad L. Falcid. Vvesenb. in π . ff.
eod. n. 4.*

12. Utriusque enim causa & testatoris & heredis L. Falci-
dia est lata *arg. l. pen. C. ad L. Falcid.* ubi Imperator se & viventibus
& morientibus providere dicit, sed diverso respectu, alterius
principaliter & directò, alterius verò secundariò & per conse-
quentiam. Principaliter quidem & directò in favorem & uti-
litatem testatorum, ne scilicet supremæ eorum voluntates here-
de destituantur, atque ita intestati moriantur, sicuti olim fiebat,
dum hæredes scripti metu æris alieni & nullius commodi spe,
heredi-

hereditatem adire recusabant, *Instit. in pr. de L. Falcid.* sed ut firma maneant testamenta, & suum sortiantur effectum: Interest enim defunctorum, ut habeant successores. *l. 6. in pr. ff. de interrog. an jur. fac.* quia in testamento eligitur heres, quem maximè vult testator, verùm ab intestato lex dat heredem, & fortalsè, eum, ad quem bona sua devenire defunctus non quàm voluit. *Ritterh. Inst. de L. Falcid.* Secundariò autem & per consequentiam Falcidia in gratiam heredum est introducta, ne scilicet ob nullum, vel ob minimum lucrum hereditatem adire recusent, vel adeundo hereditatem gratis periculum aliquod subeant. *l. 71. ff. ad. L. Falcid.* qui etiam jus suum possunt diminuere *arg. l. pen. C. de pact. & favori* pro se introducto renunciare.

13. Verùm cum L. Falcidia primariò in gratiam testatorum, ne scilicet intestati morerentur, introducta dicatur, quæri possit; cur ea in testamentis militaribus cesset? *Resp. Treuil. Vol. 2. disp. 14 th. 1. lit. d.* Quod extrema militis voluntas, etiàm hac lege non interveniente, nihilominus suum exitum habere possit, & scripto heredè hereditatem adire recusante, substitutis vel heredibus ab intestatò venientibus defuncti voluntatèm executioni mandare incumbat.

14. Materia in qua seu subiectum recipiens L. Falcidiæ sunt 1. Soli heredes sive unus sive plures fiat coheredes *l. 3. C. ad L. Falcid.* tam instituti, quam ab intestatò venientes, *l. un. ubi gl. Barr. n. 3. & Bald. quorum legatorum. l. 18. in pr. & ibi Paul. de Castr. ff. ad L. Falcid. & Azo in rubr. C. eod. Vvesenb. π. h. t. n. & c. Reinaldus de testam. 2. Illorumque successores & heredes, *l. 1. §. 3. ff. quod legat. l. quanquam 10. & l. successores 16. C. ad L. Falcid. l. un. C. quor. legat. & gl. in d. l. un. verb. heredi,* quibus solis beneficium L. Falcidiæ regulariter competit, omnibus legatariis. *l. lex Falcidia 47. in fin. ff. ad L. Falcid. & fideicommissariis exclusis. l. 1. §. deniq. 18. ubi gl. in verb. permittitur & l. ex asse 28. in fin. ff. ad Scrm. Trebell.**

15. Rationem verò differentia cur Falcidia in legatariis cesset, assignat. *Duaren. ad h. t. c. 6.* cum ipsorum repudiatio testamentum non infirmet, sicut in heredibus fieri solet; quod tamen secus est in fideicommissario universali nonnunquam *Vvesenb. in π. ff.*

π. ff. ad L. Falc. n. 8. qui loco heredis est, & quartam Trebel-
lianicam retinet l. 4. & t. t. ff. ad Scim Trebell. de qua suo
loco agemus.

16. Verùm, an sicut legitima per Justinianum aucta est in
Nov. 18. c. 1. in fin. ita etiã portio ex L. Falcidia debita, aucta
censeri debeat? Quæstio est hujus loci; quod quidam affirmant
Distinguendo inter liberos vel parentes heredes institutos oneratosque præstatione legatorum vel fideicommissorum, & inter
heredes extraneos, ubi de prioribus hoc asserunt, de posterioribus
verò negant; Treutl. Vol. 2. disp. 14. th. 2. lit. a. in f. Govean. in. l. l.
verb. Quartam hic, adducitur præter hos Balduin ad pr. Instit. eod. Dis-
sentit D. Valent. Riemer. pia mem. Crus est Antecessor Jenensis celebra-
rissimus in suis. quæst. Jurid. illust. dec. 7. quæst. 9. ubi Falcidiæ ullum au-
gmentum nullo modo tribui posse dicit, cum Falcidia adhuc quar-
ta tantùm hereditatis sit pars, heredi, qua heres debita, nec in to-
to jure nostro, si in leges accuratè inquirere velimus, quicquid de
illa mutatum reperitur.

17. Libera autem est testatori potestas, unum vel duos ex
æqualibus vel inæqualibus partibus heredes scribere, etsi plures
sint instituti, in portione singulorum ratio L. Falcidiæ est ponenda,
quia L. Falcidia non tantùm uni, sed singulis heredibus voluit
prospectum, & quartam omnibus esse salvam, aded, ut non
obstante, quod uni heredi quarta pars salva, & legatis non onerata
sit; cæteri nihilominus pro sua parte, & ratione quartam possint
detrahere §. & cum quæsitum i. Inst. de L. Falcid. l. in sing. 77. ff.
eod. Mynsig. ad d. §. i. Inst. b. r.

18. Vnde occasione præcedentium quærimus; si portio
unius heredis jure accrescendi vel jure substitutionis ad coheredem
pervenerit, an portio in ambabus, L. Falcidia locum habeat? Affirmativam
tuetur Treutl. part. 2. disp. 14. th. 2. lit. E. distinguendo inter portionem
oneratam & non oneratam; ut siquidem portio onerata, accesserit
portioni non oneratæ, portiones separantur, & in singulis Falcidia
inducatur, si verò portio non onerata, accesserit portioni oneratæ,
portiones confundantur, & in
iis Fal-

iis Falcidiae ratio sigillatim non adhibeatur. *L. quod si 78. l. 1. § si coheredis 14. ff. ad L. Falcid. Cujac. 8. obs. 35.* quam sententiam communem esse innuit idem *Cujac. 15. obs. 14. Myns. ad §. & cum quaesitum Inst. ad L. Falcid..*

19. Et quamvis olim Flacidia legatorum (sub quibus simul legata Principi data *L. 4. C. ad L. Falcid. & prælegata coheredibus relicta veniunt l. 17. C. d. t.*) proprium fuerit adjunctum; Hodiè tamen illa etià ad alia quædam, quæ legatis sunt similia, est translata utpote. 1. ad Fideicommissa singularia ex testamento relicta per SCtm Pegasianum & per Constit. D. PII etià ad fideicommissa particularia ab intestatò relicta *§. 5. v. ex singulis Inst. de fideicom. heredit. l. 2. § 3. C. ad L. Falcid.* quia fideicommissa legatis sunt, adæquata per *l. 1. ff. de leg. 1. 2.* ad Donationes mortis causa, si heres non habeat Quartam ex Constit. D. Severi *l. 66. §. 1. ff. ad L. Falcid. Cujac. 8. obs. 2. Duaren. c. 7. h. Toming. decis. 20. n. 1. & hoc procedit de jure communi, non verò Saxonico. Treutl. part. 2. disp. 14. rh. 1. lit. F. 3. ad donationes inter vivos, & inter patrem & filium in potestate constitutum, item inter virum & uxorem. *l. 12. C. ad L. Falcid. arg. l. 25. C. de donat. int. vir. & ux.* quæ donationes non nisi morte confirmantur. *Schneidw. ad §. fin. n. 16. Inst. de L. Falcid.* & ideo fideicommissi partibus fungi dicuntur, secundum *all. l. 12. C. ad L. Falcid.**

20. Nec ut olim in testamentis tantum, verum etià in successione ab intestato *l. 19. in pr. ff. ad L. Falcid.* & tandem in quibuslibet ultimis voluntatibus, secundum *Nov. 116. 4.* hodiè L. Falcidia procedit.

21. Sed si ultra dodrantem legatis sit onerata hereditas, utrum in tali legato L. Falcidia, an verò SCtm Trebellianum locum habeat? inter Dd. controversitur. Nos, cum L. Falcidia in legatis valeat, in fidei commissis autem SCtm Trebellianum, ut dicit Imper. in *l. 2. § quintus 6. C. de vet. jur. enac. & §. sed quia 5. Inst. de fideicommiss. heredit.* Etià in legato partis hereditatis Falcidiam, & non SCtm Trebellianum obtinere putamus ex mente *Fach. 5. Contr. 11. Consent. Raphaël Cuman. & Socin. Sen. ad rubr.*

B

f. 14

ff. ad Scm Trebell. semper enim locus est Falcidiae, cum legata dantur ultra dodrantem, *per l. 1. ff. ad L. Falcid.*

22. Objectum sive materia circa quam L. Falcidia versatur sunt omnes res defuncti, tam corporales, quam incorporales, quae si fuerint dividuae, fit partis deductio, si vero individuae, aestimatio datur quoad Falcidiam in re legata, de quo *Angel. h. in §. 1.*

23. Quia autem Falcidia est quarta hereditatis pars, & ex tota hereditate deducitur, Quidnam in quartam Falcidiae imputetur, haud inepte quaeritur? Et imputantur in Falcidiam tantum ex res, quas heres jure capit hereditario, non autem, quas jure legati, fideicommissi, aut implendae conditionis causa accipit, ut in Trebellianica *per l. in quartam 91. in pr. l. 74. l. in ratione 30 §. 7. l. 76. in pr. ff. ad L. Falcid. Harp. ad Sult. Inst. eod. n. 12. Hunn. disp. in Inst. ii. th.*

29. Itaque si heres jure hereditario habeat quartam ex judicio defuncti, solida legata praestare tenetur, verum quod praelegati nomine a coerede accepit, hoc ei in quartam non imputatur, *l. quod autem 74. & l. in quartam 91. ff. ad L. Falcid.*

24. Rationem differentiae, cur in Quartam Falcidiae tantummodo ea imputentur, quae jure capiuntur hereditario, in Trebellianicam vero ea, quae jure legati vel fideicommissi veniunt, ponit *Vvesenb. in x. ff. ad L. Falcid. n. 5. Duaren. lib. 2. disp. 10. Alciat. lib. 6. c. 4. Fach. 5. Contr. 15, & Amplissimus D. Dominicus Arumaeus Antecessor & ordinarius Jenensis dignissimus in suis Exercitationibus.*

25. Et quoniam hereditas intra mortis & aditionis tempus augmentum & deminutionem recipit, ita ut Quarta bonorum sive hereditatis pars planè ignoretur, nisi prius constet, quantum in bonis testator reliquerit; Quaeritur, Quodnam tempus in ineunda L. Falcidiae ratione sit spectandum? Et respondet Imperator in *Inst. de L. Falc. §. 2.* Spectandum esse mortis tempus, non autem aditae hereditatis *l. 15 §. 3. v. planè l. 6. in pr. & l. 73. in pr. ff. ad L. Falc.* Ratio est, quia i. a morte testatoris statim incipit esse hereditas, cujus in L. Falcidia fit mentio *l. 1. ff. eod. 2.* quia tunc statim cedit dies legatorum de quibus quarta est detrahenda. *Rittersh. ad. d. §. 2. Inst. de L.*

de L. Falc. Hinc omne commodum & incommodum hereditatis à morte testatoris, statim ad heredem, velut ad suum dominum pertinet, non verò ad legatarios. l. 30. in pr. ff. ad L. Falcid.

26. De formâ verò & ratione ineundæ L. Falcidiæ est, ut prius deducantur sequentia i. Quicquid extra bonorum est quantitatem §. fin. inst. de L. Falcid. E. G. ut si quis tantum. 400. in bonis habens, leget. 600. prius erunt removenda. 200. deindè de reliquis. 400. quartam scilicet. 100, heres detrahit, & legatarii. 300. accipiunt.

27. 2. Omne æs alienum l. 15. §. 3. l. 87. §. 2. l. 39. & l. 8. ff. ad L. Falcid. etiã id, quod ipsi heredi à defuncto mortis tempore debetur. l. 6. & l. 8. C. eod. Quia per aditionem hereditatis nulla fit obligationis confusio l. ult. §. 9. v. fi. verò & ipse. C. de jur. deliber. nec hereditatis bona intelliguntur, nisi ære alieno deducto l. 39. §. 1. ff. de V. S.

28. Sin autem tota hereditas ære alieno sit exhausta, omninò nihil debetur legatariis, sed creditores in toto jure legatariis præferuntur, quia hi de lucro captando, verùm illi de damno vitando certant.

29. Fallit quoque in creditore herede. i. propter inventarii intermissionem, secundùm formam in tit. Inst. de hered. qual. & differ. traditam ubi Schneidw. ad d. t. 2. Si creditor heres institutus, ne in ponendâ L. Falcidiæ ratione, creditum suum legatariis imputaret, à debitore rogatus fuerit; si verò heres creditum suum deducere, & contra expressam defuncti voluntatem venire velit exceptione doli mali removebitur l. 12. ff. ad L. Falcid.

30. 3. Prius deducuntur funeris impensæ quàm L. Falcidiæ habetur ratio §. fin. Inst. de L. Falcid. l. 1. §. ult. ff. eod. quæ omne creditum solent præcedere, cum bona non sunt solvendo. l. pen. ff. de relig. & sumt. fun. l. ult. §. 9. C. de jur. delib. Sanctius enim est, testatorem de suo funerari, quàm alios legata consequi; quod verò non procedit in sumtibus in monumenti extruccionem erogatis.

2. l. 1. §. ult. ff. ad L. Falc. exceptâ tamen modicâ ejusdem specie
l. 2. ff. h. t.

31. 4. Pretia servorum manumissorum detrahuntur. l. 36.
§. 2. l. 39. l. 37. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 1. §. 12. ff. si cui plus. quam per L.
Falcid.

32. 5. Si quid in testamenti insinuationem, in Inventarii
confectionem, vel in alias necessarias hereditatis causas heres e-
rogaverit. d. l. ult. C. de jur. delib. Et si quid venditionum ex-
plicandarum causâ impensum fuerit, illud etiâ deducitur. l. 72.
ff. ad L. Falcid.

33. Deductis igitur his deducendis in residuo L. Falcidiæ
ratio ita est ponenda, ut totum in quatuor partes dividatur, qua-
rum una apud heredem remaneat, reliquæ verò tres partes ad le-
garios pro ratâ portione ejus, quod cuique est legatum, trans-
eant l. 73. §. ult. ff. ad L. Falcid.

34. Pars autem hæc deducta olim jure tantùm retentio-
nis l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. l. 93. in pr. ff. ad L. Falcid. Nov. 1. c. 3. §. 7. Inst. de fideicom.
hered. Duar. c. 8. b. Hodie verò etiâ jure vindicationis ab herede
haberi potest. l. pen. C. ad L. Falcid. Vvesenb. w. ff. eod. n. 9. in
fin. Treutl. part. 2. disp. 14. th. 4. lit. I. Hackelm. disp. 17. th.
17. lit. B. Et hoc ad effectum L. Falcidiæ pertinet.

35. Diximus beneficium L. Falcidiæ regulariter omnibus
heredibus legatis ultrâ dodrantem oneratis competere, quod ta-
men non semper præcedit, sed quandoque fallit, unde certi in
jure nostro dantur casus, quibus heres, quominus quartam jure
sibi debitam adminiculo Falcidiæ consequi possit, impeditur,
& integra legata, etiâ si ultrâ dodrantem sint relicta, præstanda
veniunt.

36. Et quidem i. Cessat Falcidia, si heres nullum inven-
tarium confecerit, sed hereditatem sine inventario acquisiverit.
l. fin. §. pen. v. si quis autem. C. de jur. delib. Cujac. in π. ff. ad L. Falcid.
Grass. in recep. sent. §. Falcidia q. 12. n. 1. Guil 2. obs. 138. n. 1. & seq. Vel
inventarium non jure fecerit Nov. 1. c. 2. §. ult. de hered. & Falcid. Aub.
sed cum testator. v. quò non observato. C. ad L. Falc. ubi expressè dici-
tur, quod heres solida legata præster; etsi fines hereditarios ex-
cedant,

cedant, hoc est, etiam si plus à testatore relictum, quàm sit in hereditate, siue testator in bonis habeat.

37. Quilibet ergò heres absq; Inventarii beneficio hereditatem adiens, cujus etiam fit mentio in *Inst. § 5. de hered. qual. & differ.* ultra vires hereditarias omnia legata de suo, licet magno suo cum damno, ob non confectum Inventarium solvere tenetur.

38. An autem Inventarij confectioem in præjudicium legatariorum & Creditorum heredi testator possit remittere, non inepte quæritur? Et sanè in præjudicium creditorum hereditarium testatorem heredi remittere non posse Inventarii confectioem, inter omnes constat, cum factò debitoris conditio creditorum deterior fieri nequeat *l. 25. C. de pact.*

39. Verùm legatarios quod spectat, de illis non eadem omnium est sententia, sed inter Dd. valde controversitur; Nos exemplo Inventarij bonorum pupillarum. *l. ult. C. arbitr. tut.* etiam heredi confectioem Inventarii in præjudicium legatariorum à testatore remitti posse cum *Cujac. in Nov. expos. Nov. 1. p. m. 25.* concludimus. Ex his fundamentis, quia *l. Testator* potuit ab initio eis legata non relinquere, & relictà etiam adimere. E. multò magis potest legatum limitare, vel ipsis legatariis præjudicare remittendo nimirum heredi Inventarii confectioem *arg. l. 5. ff. de in lit. jur. 2.* Accidere potest, ut ipsius testatoris aut heredi ejus interfir, inventarium bonorum suorum non fieri, ne scilicet patrimonium ejus detegatur, quæ causà etiam in tutore, cui pater Inventarii confectioem remisit, datur. Ad stipulantur nobis *Paul. Castr. Alex. & Arer. in l. 55. ff. de leg. 1. Idem Alex. in cons. 51. lib. 6. n. 18. Decius cons. 418. Aymon. cons. 174. & Dd. abii, quos refert & sequitur Rol. à Valle de confect. Invent. in part. ult. s. an testator.*

40. II. Si testator vires patrimonii sui haud ignorans, ne heres Falcidià uteretur, & quartam detraheret, expressè prohibuerit, de jure novò Falcidia evanescit, & integra legata, etiam ultra dodrantem relictà, præstantur *Nov. 1. de hered. & Falcid. c. 2. §. ult. prop. fin. ibi: Si verò expressim. Vasq. de success. creat. §. 8. n. 1. Covarr. in c.*

Reinaldus §. 3. n. 8. Menoch. 1. præf. 45. n. 15. Clar. §. testament. q. 73. n. 3. Rom. conf. 23 9, n. 2, Vvesenb. in π . ad L. Falc. n. 8. Vaud. 2. q. 17. Grass. d. §. Falcidia q. 10. & Auth. sed cum testator. C. ad L. Falc. Quia heredis est, non tam lucrum, quod ex testamento percipi possit, attendere, sed potius testatoris defuncti voluntatem ex pietate implere, inquit Joach. Steph. ad d. Nov. l. n. 18.

41. Dicitur verò in d. Auth. sed cum testator C. ad L. Falc. quod testator Falcidiam prohibere volens, probè cognitum habere debeat, quis sit sui patrimonii modus; undè colligi potest, quod è contrario prohibitio Falcidiæ non valeat, si testator in bonorum suorum quantitate erraverit, uti nonnunquam in Mercatoribus, præsertim in iis, qui regionibus in longinquis negotiationes suas exercent, & de facultatibus suis amplius, quàm in his est, sæpè sperant, ut eleganter & verè Imper. ait in §. 3. Inst. qui & quib. ex caus. manum. non pos. contingere videmus.

42. A quibusdam verò regula hæc posse scilicet hodiè prohiberi Falcidiam in tantum ampliatur, ut hodiè vivo etiàm testatore per conventionem privatam L. Falcidiæ posse derogari existiment, quod tamen contrariatur l. 15. §. 1. ff. ad l. Falc. Privatorum enim cautione legibus non esse refragandum constat d. l. & talis conventio futuram testatoris mortem concernit, proindeque ut plena tristissimi & periculossimi eventus, serio testatoris consensu facta, nullius est potestatis l. ult. C. de pact. l. 2. in fin. ff. de his, quæ ut indign. l. 29. §. fin. & l. seq. 30. ff. de donat..

43. Nec talis conventio, ne scilicet heres Falcidiã uteretur, sed si contra fecisset, certam pecuniæ summam præstaret, inter heredes & legatarios, vivo testatore facta, L. Falcidiæ derogat per d. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falc. ubi hujusmodi conventionem, tanquàm legibus contrariam non valere, docet Jctus Papinianus.

44. Sanè post mortem testatoris inter heredem & legatarios facta conventio, ne Falcidia locum habeat, omninò valet ex sententiã Alpis in l. 46. ff. ad l. Falcid. quam etiam approbavit Marcellus in l. 20. §. 1. ff. de donat. & Justin. in l. ult. C. ad l. Falcid. Ex quâ lege per-

ge perspicuè apparet, quod olim ante Justinian. an hæc conventio valeret? Inter JCtos controversum fuerit, quam verò controversiam Justin. sustulit Ulpiani & Marcelli sententiâ approbatâ, & contrariâ explosâ.

45. Falcidiam jure Nov. hodie à testatore prohiberi posse ex supra all. Nov. 1. satis constat, an autem, ut cesser Falcidia, tacita sufficiat prohibitio, an verò requiratur expressa? adhuc est in questione: Nos ex fundamento illo solido, quod nititur *text. d. Nov. 1. de hered. & Falc. cum Bart. in §. si verò expressim in Auth. de hered. & Falc. Ang. ibid. Oldrad. in cons. 248. Socin. sen in cons. 33. lib. 1. Soc. Jun. in cons. 170. n. 24. lib. 2. Covarr. ad c. Reinaldus §. 3. n. 6. & Fach. §. contr. 13. posterius affirmamus l. 29. §. 1. ff. de lib. & posth. non obstante; quia tacita hic non æquipollent expressis, propter errorem, qui præsumitur, sicut & aliàs nonnunquam accidere solet, ut expressa noceant, nō expressa nō noceant. l. 52. ff. de cond. & demonstr.*

46. III. si heres extraneus patrimonii defuncti vires haud ignorans, quibusdam legatariis integra legata solvere ceperit; Hodiè ad adæquationem etiã omnibus reliquis legatariis, quartã non detractã, æquam sive parem, & similem legatorum præstationem facere tenetur, *Secundum Auth. sed cum testator. v. sed si heres, & Nov. 1. de hered. & Falc. c. 3.* quod obtinet de jure Novissimo; licet olim secus fuerit per l. 15. §. 2. ff. ad l. Falcid.

47. IV. Non datur locus Falcidiæ, si heres post sententiam Judicis intra anni spatium testatoris defuncti voluntatem exequi neglexerit. *Nov. 1. c. 4. in pr. de hered. & Falc. Nov. 131. c. 12. Gædd. part. 2. disp. 22. th 10 lit. D.*

48. V, Si quam rem heres ex hereditate fraudulenter amoverit vel surripuerit, item si hoc, ut legatum intercideret, egerit, delicto suo se L. Falcidiæ beneficio indignum reddit l. 59. ff. ad l. Falc. l. 6. ff. de his, quæ ut indign. Nec immeritò, quippè quod legis beneficio dignus non sit, qui in leges committit l. 37. in f. ff. de min. Undè si unam tantùm rem heres subtraxerit, in eã etiã solã jus Falcidiæ amittit, in reliquis autem rebus legatis nihilominus quartam retinet, ut tradit *Bocer. ad tit. Inst. de L. Falc. n. 46. per l. 6 ff. de his, quæ ut indign.*

49 Et

49. Et quanquam nonnulli etiam eum, qui nihil quidem subtrahit, sed rem legatam propriam esse, & non hereditariam contendit, cum postea mendacii convincatur, Falcidiam amittere arbitrentur: Tamen hoc improbat *Ulpia. in l. 68. (ubi Cusac. refert ad Nov. 1. monet legendum IMPROBAT) s. ult. ff. ad L. Falc.* eo quod aliud sit furari, aliud verò inficiari. *l. 67. ff. de furt. & hanc sententiam etiam defendit Rittersb. contra Giphon p. 6. c. 5. n. 40.*

50. VI. Cessat Falcidia in herede tacitam fidem testatori accommodante, ut aliquid restitueret incapaci, quo quidem casu quarta nonnunquam detrahitur, verum heredi ea aufertur, & applicatur pro parte Fisco *l. 13. l. 59. §. 1. ff. ad L. Falc.* ut suo loco de Quarta Fisci videbimus.

51. VII. Si testator pretia ad servos redimendos & manumittendos, vel servos ipsos hac cum conditione, ut manumitterentur, legaverit, expirat Falcidia. *l. 33. l. 36. §. 1. ff. ad L. Falc.* Falcidia enim libertates non minuit *l. 8. §. 9. ff. de in off. test.*

52. VIII. Si testatoris prohibitio de re legata per legatarium ejusque heredes non alienanda accesserit. *Aurb. sed & in eâ C. ad L. Falc. Nov. 1. & Nov. 119, c. 11. Treutl. part. 2. disp. 14. th. 5. lit. G.*

53. IX. Usus Falcidiæ nullus est, in legato iustramento- rum prædii, quod Domino ejusdem prædii relinquitur *l. 15. C. ad L. Falc.* & in dote legata *l. 57. & l. 81. §. 1. ff. eod.* Item in re mulieris causâ à marito comparatâ. *l. 2. v. hoc amplius ff. de dot. præleg.* ubi tamen secundum communem Dd. Opinionem in commodò representationis L. Falcidia omninò locum habet *d. l. 2. v. id demum ff. eod.* Idemque juris obtinet, si quis alii suo creditori, id quod debet, legaverit, *l. 1. §. 10. ff. ad L. Falcid* quia uxor & creditor suum recipere videntur.

54. X. Si miles in testamento legaverit, & intra annum missionis decesserit *l. 7. C. ad L. Falc. l. 17. l. 92. ff. eod. l. 12. C. de milit. test. l. 1. §. 18. ff. ad S. C. Trebell.* Verum in testamento veterani, sive Pater familias, sive Filius familias fuerit, & licet intra missionis annum decesserit, omninò tamen L. Falcidia valet *per l. 40. in pr. ff. ad L. Falc.* Neque hoc ut vulgò putant, ob favorem scilicet & privilegium militare. *§. 1. Inst. de milit. test. à Iustiniano in Nov. 1. §. quia verò c. 4. est correctum, de quo ibi videatur gl. in verb. militari.*

55. XI. Et

55. XI. & ultimo; Nulla Falcidiæ habetur ratio, si ad pi-
cas legatum fuerit, ubi magnum *Falc. lib. 5. contr. c. 17.* mover
dubium, an simpliciter Falcidia hic cesset, an verò eo in casu si he-
res in morâ sit solvendo? ipse quidem tenore legum (ut dicit)
benè perspecto posterius affirmat. Si tamen illæ LL. intento
oculo inspiciantur, quilibet fatebitur cum *Vultej. Inst. h. t.* quod L.
Falcidia in legatis ad pi- cas simpliciter cesset *per l. 49. C. de
Episc. & Cler. Auth. similiter C. ad L. Falc. Nov. 131. c. 9. & maxime in c. 12.
in pr. ex quo d. Auth. Similiter est desumpta.*

56. Nec in hisce duntaxat enarratis casibus (qui in herede
extraneo semper procedunt, sed in suo, propter legitimam quam
habet salvam, non item) quarta Falcidiæ cessat, verum & aliæ à
Dd. passim allegantur causæ, propter quas Falcidia vim suam e-
xercere nequit, ita ut etiã in defectu probationis, si dubitetur,
an Falcidia locum habeat nec ne, & heres in eã succumbat, ad so-
lida legata præstanda possit condemnari *per l. 17. ff. de probat. &
presumt.*

57. An heres autem legata supra dodrantem ex ignoran-
tiã soluta per conditionem indebiti repetere possit, postremo
quæritur. Nos distinguendo inter ignorantiam juris, quæ cui-
que nocet, & facti, quæ non nocet *l. 9. ff. de jur. & fact. ignor.* Poste-
rius affirmamus *per l. 1. 9. & ult. C. ad L. Falcid. l. 10. C. de jur. & fact. ig-
nor.* Et hæc de Quartâ Falcidiæ ratione instituti sufficiant; sequi-
tur Trebellianica.

58. Sicut igitur per L. Falcidiam heres de legatis & fi-
deicommissis particulari- bus regulariter suam detrahit quartam,
ut ex modo dictis patet: Ita è contrario SCti Trebelliani benefi-
cio Quartam, quam olim Pegasianam, nunc verò Trebelliani-
cam vocamus, ex fideicommissis universalibus retinere potest,
*per §. 5. Inst. de fideicom. hered. t. t. ff. & C. ad L. Falc. & t. t. ff. & C.
ad SCtm Trebell.*

59. Quâ de re cum olim duo peculiar-ia constituta fuissent
SCta i. Trebellianum videlicet, quod cum hereditate ex causâ
fidei commissi restituendâ etiã actiones hereditarias in fideicõ-
missarium transferret, ut heredes absque metu litium adirent he-
redi-

C

redi-

reditatem §. 4. §. de fideicom. hered. l. 1. §. 3. ff. ad SCtm Trebell. & 2. Pegasianum quod heredibus hereditatem restituere rogatis perinde atque ex L. Falcidiâ quartam retinere permetteret §. 5. Inst. de fideicom. hered. Postea Justinianus SCto Pegasiano planè sublato, omnem ejus vim & potentiam in SCtm Trebellianum transfudit l. 2. §. 6. v. solum autem. C. de vet. jur. enucl. §. 7. Inst. de fideic. hered. Harp. part. 1. disp. in Inst. 29. th. 8. & ad d. §. 7. in pr. Treutl. part. 2. disp. 14. th. 6. lit. D VVesemb. in π. ff. ad SCtm Trebell. n. 6. Ita ut hodiè non tantùm actiones ad fideicommissarium transeant, sed & quartam heres ex SCto Trebelliano possit detrahere.

60. Factum fuit hoc SCtm Temporibus Neronis 8. Cal. Septembris Consulibus existentibus Anneo Senecâ & Trebellio Maximo à quo etiâ Trebellianum nuncupatur §. 4. Inst. de fideic. hered. l. 1. §. 1. ff. ad SCtm Trebell. Hottom. in Comm. sup. Inst. ad. d. §. de fideic. hered. VVesemb. π. h. n. 2.

61. Et describitur Quarta Trebellianica, quod si totius fideicommissariæ hereditatis quadrans, sive quarta pars, quæ apud heredem fideicommissio gravatum remanet, actionibus inter utrumq; tam heredem, quàm fideicommissarium, pro ratâ portione communicatis & divisis §. 7. Inst. de fideic. hered. l. 64. §. 2. ff. ad SCtm Trebell. Quod Dd. vulgariter ad actiones creditorum restringunt, & non legatariorum, siquidem hi duntaxat adversus fideicommissarium agere possunt. l. 1. §. fin. ff. eod. Myns. ad §. 7. I. de fideic. hered. n. 6. Non verò contra heredem, nisi is plus suâ quartâ habeat l. 1. §. 17. ff. h. t. l. fin. C. eod. Aliàs enim si heres legata de suâ quartâ solvere teneretur, quartam non retineret salvam, sed fraus fieret SCto, & ita res in antiquum rursus rediret statum VVesemb. in π. ff. h. t. n. 7. & in §. 7. Inst. de fideic. hered.

62. Quia verò unâ eademque ratione & SCtm Trebellianum & L. Falcidia est introducta Bach. ad Treutl. part. 2. disp. 14. th. 7. lit. A. v. eadem, ne scilicet hereditate vel totâ, vel pro parte exhaustâ, heres ob nullum vel minimum lucrum eam adire recuset. Treutl. d. l. VVesemb. in π. ff. ad SCtm Trebell. n. 5. Ideo hæc duo à jure æquiparantur in l. 3. §. 1. ff. h. t. & propter cognationem, quam inter se habent, Quarta Trebellianica nonnunquàm Falcidiæ nomen

men inducit l. 4. §. 3. ff. de vulg. & pupil. substit. l. 14. in pr. & l. 86. ff. ad l. Falcid. l. 6. C. ad SCm Trebell. cum simil. & gl. in Auth. Unde. & si parens. C. de inoff. test.

63. Proinde argumentum à Falcidiâ ad quartam Trebellianicam rectè ducitur. Everh. in Top. loc. 34. Mynf. ad §. 5. Inst. de fideic. hered. n. 2. verb. recusabam. Et quod in illâ dispositum est, in hac constitutum videtur. Treutl. part. 2. disp. 14. th. 7. lit. A. & Bach. ad Treutl. d. l. A. v. non perperam. Quando scilicet in utrâq; eadem subest ratio, & contrarium in jure non expressè reperitur decisum; aliàs autem secus, quia diversitas rationis, diversitatem juris inducit l. 6. §. 2. cum ibi not. ff. de jur. Patron. & l. 77. §. 20. ff. de leg. 2. cum simil. & expressum facit silere tacitum l. fin. C. de pact. convent. Everh. in Top. d. loco.

64. Non tamen in omnibus & per omnia Falcidia & Trebellianica æquiparantur, sed differunt in multis; quia 1. Heres Falcidiam de legatis deductam sine onere æris alieni retinet, quod secus est in Trebellianicâ, quam heres habet cum onere, dum actiones hereditarias pro ratâ portione excipere, & defuncti creditoribus satisfacere tenetur, Rintersh. in Inst. de fideic. hered. 2. Potest fideicommissarius, cui aliquis hereditatem, vel ejus partem restituere rogatus est, heredem cogere ad adeundam & restituendam hereditatem, sed is, cui res certa est restituenda, ut legatarius heredem cogere nequit. l. 14. §. 5. ff. ad SCm Trebell. 3. Imputantur in Quartam Trebellianicam non tantùm ea, quæ heres jure capir hereditario, ut supra de Falcidia th. 23. dictum, verùm etiàm ea, quæ quovis alio jure, sive legati nomine, sive conditionis implendæ causâ percipiuntur per l. 95. in pr. & l. 74. ff. ad l. Falc. quod explicatis ll. contrariis accuratè probat Aut Fab. 6. Conj. 4. & Fach. 5. Contr. 8.

65. Multùm autem interest, utrum quis jure hereditario, an verò jure legati, aliâve ratione Quartam habeat? Siquidem in priori casu quando hereditas re aliquâ certâ instar legati deductâ vel præceptâ restituatur, ex SCto omnes actiones & onera in solidum comitantur fideicommissarium nullo hereditatis onere apud heredem remanente; sed in posteriori casu cum heres reten-

tâ quartâ parte hereditatem restituere rogatus est, & restituit, tunc actiones scinduntur, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante verò remanent apud heredem ut est *express. tex. in §. 9. Inst. de fideic. her. & apud Treutl part. 2. disp. 14. th. 9. lit. A.*

66. Etsi heres in fideicommissio restituendo moram fecerit, etiâ fructus tempore intermedio percepti hanc quartam extenuant *l. 18. in pr. l. 22. §. 2. ff. ad SCTm Trebell. Azo in summa C. h. t. n. 23.* Quod tamen fallit in filiis in primo gradu existentibus, ubi fructus ante restitutionem percepti in quartam Trebellianicam non imputantur, sive is restituere debeat fratribus, sive extraneis, *per. l. 6. in pr. C. ad SCTm Trebell. Dn. D. Joh. Gerelt in disp. 7. de success. 1h. 16. lit. B. Bach. ad Treutl. part. 2. disp. 14. th. 9. lit. B. Bart. ad l. 15. §. 3. ff. ad L. Falcid. & ibid. Alex. Gail. 2. obs. 133. n. 4.*

67. Omnibus verò tam ex testamento, quàm ab intestatò succedentibus, & tam sub conditione, quàm pure scriptis heredibus, qui fideicommissio sunt gravati, §. 2, & §. 10, *Inst. de fideicom. hered. l. 3. C. ad SCTm Trebell. Bach. ad Treutl. part. 2. disp. 14. th. 7. lit. E.* Permissum est Quartam Trebellianicam deducere §. 5, §. 7, *Inst. de fideicom. hered. vel supplere d. §. 7, & seq. Inst. h. t. vel ignorantia facti solutam repetere d. §. 7. l. h. t. l. 9. & l. 6 §. fin. C. ad L. Falc. & l. pen. ff. de jur. & fact. ignor. Quæ verò conditio in sciente, se posse retinere quartam, & universum nihilominus solvente, cessat; Cujus enim per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est. l. 53. ff. de R. I.*

68. Præter quartam quoque heres deducere potest sumtus necessarios & utiles in res hereditarias factos *per l. 22, §. 3, v. sed & ipse ff. ad SCTm Trebell.* Exceptis tamen quibusdam casibus, de quibus *Bach. ad Treutl. d. disp. 14, th. 7. lit. A. Gomez. 1. varia. resol. 12. n. 40. Gail. 2. obs. 121. n. 12.*

69. Hinc in disceptationem vocatur; utrum deductio Quartæ Trebellianicæ ex totâ defuncti hereditate sit faciendâ, an verò ex eo, quod superest deductis legatis? Prius affirmamus *per l. 3. §. 2 ff. ad SCTM Trebell.* in quâ disertè dicitur: quartam tam ex legatis; quàm ex fideicommissis esse detrahendam, etiam si deductis legatis quis hereditatem restituere sit rogatus, deinde
extra-

extradubium est, quartam, quæ debetur heredi, non posse minui-
vel auferri per legata *per l. 1. ff. ad L. Falcid.* quod verò accideret, si
ex fideicommissio duntaxat, non etiã ex legatis quarta esset
detrahenda.

70. *Diff. Crav. in cons. 16.* Qui distinguendo inter fidei-
commissum purum & conditionale; in illo ex totâ patrimonii
quantitate, in hoc verò ex solo fideicommissio, deductis legatis
Trebellianicam esse deducendam, respondit. Verùm his nihil
morantibus. omni nos potest eximere scrupulo. *l. 27 §. 16. ff. ad Sctm
Trebell.* ubi fidei commissum est partim purum, partim conditio-
nale & tamen Trebellianica tam ex legatis, quàm ex fideicom-
missis detrahitur.

71. Conceditur deductio quartæ Trebellianicæ heredi fi-
ducionario contra omnes, quibus per fideicommissum restituenda
est hereditas, ita ut etiã de hereditate per Fideicommissum
Reipubl. relicta, Quarta possit detrahi. *per l. 3. C. ad Sctm Trebel.*
Nec filius jurans, se testamentum Patris observaturum Trebel-
lianicæ renuciãsse intelligatur *arg. l. 32. C. de inoff. test. Treutl. part. 2
disp. 14. rh 7. lit. F & Hottom. 5. obs. 26.*

72. Heres autem secundus sive fideicommissarius, cui ab-
herede fiduciario restituta est hereditas, cum eam restituit alteri
fideicommissario Trebellianicam deducere nequit *per l. 55. § 2 ff.
ad Sctm Trebell.* propter causam, quam allegant *Dd. 72. ad l. 1. § 18
& Rip. ad d. l. 1. § 9. ff. d. r.* Nisi ex facto proponatur, primum here-
dem fiduciarium, qui restituit, ideò quartam non detraxisse,
quod eam fideicommissario donare voluerit, tunc enim heres fi-
deicommissarius hereditatem postea sequenti fideicommissario
restituens, jure deducit Trebellianicam *arg. l. 1. §. 19. ff. ad Sctm
Trebell.*

73. Utrum filius fideicommissio gravatus duplicem possit
detrahere quartam, unam legitimam, & alteram Trebelliani-
cam, an verò unâ contentus esse debeat? Quæstio inter *Dd.* non
minùs est proficua, quàm perplexa. Et quamvis prior senten-
tia multorum *Dd.* opinionibus, adeoque jurè Canonico com-
probetur, *in c. Reinucius 16. & c. Reinaldus 18. extr. de test.* Posterior ta-

men de dispositione juris Civilis nobis videtur esse verior, certif-
que utitur juris fundamentis. 1. per l. 8. §. 9. ff. de inoff. test. 2. in l. 6. C.
ad S. C. Trebell. filius à patre rogatus restituere aut fratribus, aut
cuicunque omnimodò cogitur reddere dodrantem, quæ novem
sunt unicz. E. non duas retinebit quartas. 3. Nov. 39. c. 1. l. 10. C. ad
L. Falc. Subscribunt nostræ sententiæ Rittersh. in Inst. de fideic. hered.
in fin. p. 327. Magnificus D. Dominicus Arumæus Antecessor & Ordinarius
Genensis dignissimus in suis exercit. Instin. & Amplið. D. Valent. Riemer-
b. m. J. C. t. & Antecess. Ienensis celeberrimus in suis quæst. Jurid. Ill.
dec. 7. q. 8.

74. Restituitur verò hereditas fideicommissaria vel tota, &
tunc omnes actiones heredi, & in heredem competentes ex S. C. to
Trebelliano transferuntur in fideicommissarium §. 4. & §. 7. Inst.
de fideic. hered. l. 40. in pr. ff. ad S. C. Trebell. vel ejus pars, & tunc actio-
nes inter heredem & fideicommissarium dividuntur, ita ut quisq;
eorum à defuncti creditoribus pro ratâ portione possit conveniri
d. §. 7. I. de fideic. her. & l. 64. §. 2. ff. ad S. C. Trebell.

75. Quod si heres institutus metu æris alieni hereditatem
quasi suspectam adire recuset, cogitur officio judicis ex hoc
S. C. to eam adire, & fideicommissario, ejusvè heredi volenti to-
taliter restituere per l. 17. ff. si quis omiff. caus. test. l. 43. & l. 16. §. 3. ff.
ad S. C. Trebel. §. 6. Inst. de fideic. hered. Bach ad Treutl. d. disp. th. 8. lit.
A. v. ejusvè heredi. Gail. 2. obs. 131. n. 1. 2. 3. Nullo neque damno, neq;
lucro apud ipsum remanente, ut patet ex §. 6. & §. 7. Inst. de fi-
deic. hered.

76. Sin verò fiduciarius hereditatem spontè adierit, tunc
fideicommissarius hereditatem duplici actione ab eo exigere
potest, Personali scilicet & Hypothecaria l. fin. §. 2. C. comm. de leg.
Covarr. inc. Reinucius. §. 9. n. 4. Gomez. 1. vari. resol. c. 5. n. 7. & 14. & post alios
Myns. ad pr. Inst. de fideic. hered. verb. jussit.

77. Nec prius contra heredem datur actio, quàm si fidei-
commissarius hereditatem sibi ex causâ fideicommissi deberi de-
monstraverit, idque vel per scripturam, vel 5 testibus probave-
rit, secundum §. fin. Inst. de fideicom. hered. Quibus deficientibus fi-
deicommissarius ex novâ Justin. constitut. jurejurando decalu-
mniâ

in niâ prius præstito, heredi Juramentum offerre potest. Quod si præstare nolit, tenebitur ad præstandum fideicommissum *per. l. ult. C. de fideic. & d. S. fin. Inst. eod.*

78. Et quanquam aliàs actore non probante Reus sit absolvendus *l. 4. C. de edend.* tamen hic reus ad jusjurandum potest compelli, licet actor omninò nihil, vel nequidem semiplenè probaverit *Treutl. vol. 2. disp. 14. th. 8. lit. F.*

79. Sed utrum heres delatum sibi juramentum fideicommissario possit referre? *Quæritur.* Quod nos cum *Schneid. ad S. fin. Inst. de fideic. hered. n. 1. negamus arg. d. l. fin. v. omnimodò exactiõni est C. de fideic.* quia testator fideicommissum relinquens, plerumq; ipsum heredem alloquitur, & fidei ejus committit, rarius verò ipsum fideicommissarium *l. 69. in pr. ff. de leg. 2.*

80. Tandem repellitur heres à detractiõne Quartæ Trebellianicæ in quibusdam casibus, æquè ut à Falcidiâ, siquidem eadem in Trebellianicâ, quæ in Falcidiâ militat ratio, *Oleman. disp. 22. n. 24. & 25. in obj. & resol. Everh. in Top. loc. 34.*

81. Et quidem I. Cessat Trebellianica, si testator eam expressè prohibuerit, *s. si verò expressim & ibi gl. in verb. substitutus c. 2. Nov. de her. & Falc. 1. Clar. s. testamentum q. 62. n. 4.* Quæ tamen prohibitio non procedit in liberis primi gradus, quoniam in illis Trebellianica locuta legitimæ obtinet *l. 6. C. ad SCTM Trebell. D. Andr. Gerh. in suis exerc. jur. dec. 10. q. 10. & Gall. 2. obs. 138. n. 16.* Secus verò si testator eam detractiõnem prohibuerit, & filius patris testamentum approbaverit, tunc simplici etiam hereditatis aditione non amplius eam quartam detrahete poterit *Treutl. part. 2. disp. 14. th. 10. lit. B. Menoch. conf. 401. n. 145.*

82. II. Si heres coactus hereditatem adierit *S. 7. Inst. de fideic. hered. l. 14. § 3. l. 27. §. 2. & §. 14. ff. ad SCTM Trebell.* Non enim dignus videtur is, qui supremas defuncti preces destituit, ut ex ejus voluntate aliquid consequatur. *l. 55. §. 3. ff. ad SCTM Trebell.*

83. III. Si inventarium conficere neglexerit *Nov. 1. c. 2. §. 2 de her. & Falc. Treutl. d. disp. 14. th. 10. lit. D. Everh. in Top. d. l. & Covarr. in c. Reinúcius §. 21. n. 19. & Sich. in addit. ad Bart. in l. 3. n. 8. ff. ad SCTM Trebell.*

84. IV. Si

84. IV. Si in pios usus fideicommissum fit, relictum secundum Auth. similiter C. ad L. Falcid. & Nov. 131. c. 12. Bart. in l. 3. n. 5. & 6. ff. ad SCTM Trebell. Panor. in c. Reinaldus. n. 18. Gail. 2. ob. 119. n. 6. & 7. Covarr. in c. Reinaldus s. 3. n. 7. Myns. S. 5. n. 6. Inst. de fideicom. hered. quanquam non negamus de contraria consuetudine, & præjudiciis Cameræ Imperialis aliud ferri testari Harpr. comm. super Inst. de fideicom. hered.

85. V. Si quartam scienter vel ex ignorantia juris heres solverit. Auth. sed cum testator, s. item si heres & l. 9. C. ad L. Falcid. l. 53 ff. de R. I.

86. VI. Si alienatio fideicommissi sit prohibita Auth. sed & in eâ re C. ad L. Falc. Myns. s. 5. n. 5. I. de fideic. hered.

87. VII. Nulla Trebellianicæ habetur ratio, si annus post judicis officium elapsus sit, neque heres defuncti voluntatem impleverit, secundum sæpius citatam Nov. de hered. & Falcid. l. 6. c. 1. s. 1. & s. 2.

88. Denique ut paucis me expediam, sciendum, quod in testamentis in quibus cessat Falcidia, etiã cesset Trebellianica per l. 3. s. 1. ff. ad SCTM Trebell. Everh. in Top. loc. 34. in fin. Et tantum de Trebellianica.

89. Duabus prioribus Quartarum speciebus absolutis, nunc ordine succedit tertia, Quarta, videlicet Liberosum, Parentum & nonnunquam Fratrum, quæ vulgò appellatur LEGITIMA l. 31. C. de inoff. test.

90. Est autem LEGITIMA nihil aliud, quam Quarta ejus, quod quis ab intestato esset habiturus s. fin. Inst. d. t. l. 8. s. 8. ff. de inoff. test. l. 6. l. 8. C. eod.

91. Quæ cum in lineâ rectâ jure naturæ & expiètatè l. 36. s. 2. & l. 8. C. de inoff. test. in lineâ verò transversali ex mera Juris Civilis dispositione debeatur Treutl. part. 1. disp. 13. th. 11. lit. C. & Grass. s. Legitima q 2. Illam ratione originis Juris Naturalis, ratione verò Quantitatis & confirmationis Juris civilis esse concludimus, ex mente L. Gliciz, quæ primùm ad modum quadrantis Legitimæ portionis, non observato Liberosum numero eam portionem taxavit, ut refert Cujac. in expos. Nov. Nov. 18. in pr. p. m. 95.

92. Sub-

92. Subiectum in quo sunt tria Personarum Genera, quibus Legitima competit, 1. Descendentes sive Liberi, filii & filia, nepotes, & neptes, cæterique descendentes in infinitum, sive sint in potestate constituti, sive Emancipati §. 5. *Inst. de ex hered. lib. & Nov. 118. c. 1. & c. 4. 2.* Ascendentes sive Parentes. 3. Collaterales Proximiores ut fratres & Sorores, sive utrinque conjuncti, sive consanguinei tantum, (non verò uterini) & tùm demùm si ipsis turpes personæ fuerint prælatæ *l. 27. C. de inoff. test.*

93. Liberis verò Legitimam deberi asserentes, Excludimus Naturales tantùm *per gl. in l. 1 ff. de bon. poss. contr. tab. Bart. in l. Gallus. Etiam si ff. de lib. & posth.* Quod *Grass. q. 3. n. 2.* rectè intelligit de bonis paternis & non maternis, quippè in quibus etiàm ab intestatò cum Legitimis & Naturalibus per jura vulgata succedant, nisi mater sit illustris.

94. Et quia olim Jure Instit. ff. & Codicis, portio hæc legitima indistinctè erat quadrans §. *fin. Inst. de inoff. test. l. 8 §. 6 & 8. ff. d. t. l. 6 l. 8. C. cod.* Postea Justin. jure Nov. illam pro numero liberorum augere voluit, secundùm *Auth. Novissima C. de inoff. test. Nov. 18 c. 1.* & ad modum Trientis, sive 4. Unciarum, si non plures sint liberi, quàm quatuor, semissis verò, sive 6. Unciarum, si plures sint quàm quatuor, *redegi. gl. ad verb. pro virili portione fin. Sult Inst. de inoff. test.* Adèò ut hodie portio hæc legitima, non tantùm ex testamento Patris, sed etiàm matris, & cæterorum Parentum utriusque sexus, liberis aucta censeatur, teste *Cujac ad. d. Nov. 18 p. m. 95.*

95. Ubi notandum; Quod filius à Parente ex justâ & Legitimâ causâ exheredatus in numero filiorum non sit censendus, ad cæterorum liberorum, qui succedunt, legitimæ portionem minuendam, *per l. 10 §. 4. ff. de bon. poss. contr. tab. & text. express. in Nov. de nupt. 22. c. 21. in pr. vel augendam, per Nov. 18.* Quia legitima est pars hereditatis. Dissidentes refellit *Fach. 4. contr. 21.* Qui idem de filio ex delicto, vel aliam ob causam hereditatis & successionis incapaci effecto *d. l. affirmat.*

96. Nobilis deinceps est controversia, si filio legitima à Patre vivente fuerit assignata; Utrùm auctis facultatibus patris, mortis

D

mortis

mortis ejus tempore, filius eam petere possit secundum bono-
rum quantitatem, quæ tempore mortis reperietur? Quod nos
cum *Treutl part. 1. disp. 13. th. 17. lit. C.* affirmamus, per *l. 35 §. 1. C. de
inoff. test.* Quia portio legitima ex quantitate bonorum, quæ tem-
pore mortis patris reperiantur, est moderanda. *l. 6. C. d. r. Vasq de
Success. l. 2 §. 20. part. 4. n. 221.*

97. Quemadmodum igitur liberorum, ita quoque Paren-
tum Legitima à liberis debita per *d. Nov. 18. c. 1. in f.* est aucta v. hoc
observando, ubi Imper. generaliter & indistinctè loquitur de om-
nibus illis, quibus antiquitùs querela inofficiosi competierit,
quorum in numero etiàm Parentes fuisse, nemo inficias ire po-
terit, cum Parentibus olim antè *d. Nov. 18.* liberorum testamenta
per querelam in officiosi impugnare licuisse certi & expediti ju-
ris sit, §. 1. *I. de inoff. test. & l. 15. in pr. ff. eod. Vvesenb. in 7. C. de inoff.
test. n. 15.* Quæ tamen auctio in Parentibus se non extendit ul-
trà Trientem; siquidem nemo plures, quàm duos potest habere
parentes *Sich. in Auth. Novissimâ n. 12. & seq. C. de inoff. test.*

98. Undè quærent Dd. si filius condito testamento legiti-
mos heredes instituat duos fratres utrinque conjunctos, & Ma-
trem in Legitima, Quanta Matris Legitima sit futura. Utrum
tertia hereditatis pars, an verò pars Quoræ? Nos posterius asse-
rimus ex hoc fundamento: Quod legitima olim fuerit Quarta
& hodiè tertia Pars ejus partis, quam quis ab intestatò esset ha-
biturus *l. 8 §. 6. ff. de inoff. test.* Mater verò in hoc casu ab intestatò
succedens habuisset tertiam hereditatis partem, propter duos
fratres institutos concurrentes, inter quos & matrem hereditas
in capita erat dividenda per *Auth. defuncto fin. C. ad Scem Tertull.*
quæ sententia à *Fach. 4. Contr. c. 29.* est approbata.

99. An verò & fratrum Legitima sit aucta quærimus? Quod
negamus, & adhuc hodiè quartam ipsam remansisse cum *Heig.
ad §. fin. I. de inoff. test. n. 8.* concludimus, argumentò ex *all. Non. 18.*
deducto, in quâ Justin. tantum earum personarum legitimam
auxisse dicitur, quibus ab initio ordinatio quodam jure querela
competebat, Atqui fratribus & sororibus hæc ab initio regulari-
ter non competit, sed ex post factò. E.

100. Cœterum in vitâ Patris Legitima liberis non debetur per l. i. §. 21. ff. de collat. bon. Myns. 4. obs. 25. nec cogi potest pater etiã dilapidator, ut eam filio assignet, Bald. in l. non potest ff. de adopt. & Salic. in l. 2. c. si in fraud. patr. Sed remedium haberi potest ordinarium, ut Patri scilicet bonis interdicator & curator detur Treurl. vol. 1. disp. 13. th. 17. lit. B. Excepto Parente, qui Monasterium est ingressus, & à quo vivente filius legitimam portionem petere potest per Nov. §. c. 5. v. si verò filios quâ de re infra.

101. An valeat statutum; ut pater ex delicto filii teneatur solvere Legitimam? Quæstio est Juris controversa; ubi quidem negativa opinio de Jure videtur verior, per ll. & rationes à Molle. 3. Sem. 6. n. 2. allatas, verùm affirmativam usu receptam defendunt Dd. arg. c. 2. de delict. puerorum hâc cum limitatione, ut cesset. 1. in patre, ex filio qui deliquit, nepotem habente & 2. in filio ex contumacia condemnato, Moll. d. c. 8. n. 4. Treurl. part. 1. disp. 13. th. 17. lit. A. & Hæno. in suis disp. jurid. sup. Inst. disp. 9. contr. 14.

102. Post mortem tamen Patris, si antè non sit assignata, judicis arbitrio, prout commodissimè fieri potest, liberis legitima assignari debet. Treurl. d. l.

103. Circa objectum Legitimæ, quæ portio est bonorum & non hereditatis l. 8. §. 8. ff. de inoff. test. l. 2. c. eod. Nov. 18. Gail. 2. obs. 119. n. 12. & 2. obs. 120. n. 2. 3. 4. Elegans hæc quæstio se offert ventilanda, Utrùm Pater filio legitimam in pecuniâ numerata possit assignare? Quod affirmamus per 36. in fin. pr. ibi, ex rebus substantiæ C. de inoff. test.

104. Et quia ex ipsâ substantiâ Patris debetur legitima d. l. 36. inf. pr. stante hoc principio, sequitur, quod neque in rebus alienis arg. d. l. neque in usufructu Nov. 18. c. 3. filiis relinqui possit Vasq. de succes. vol. 2. lib. 1. s. 4. n. 27.

105. Ad formam Legitimæ spectat, ut sit plena, pura & planè libera, ab omni gravamine, ut pote à die, condicione, loco, modo, ab onere legati, fideicommissi, æris alieni &c. l. 30. l. 32. l. 36. §. 1. c. de inoff. test. Quorum si quod Legitimæ adjiciatur, pro non adjecto habetur, nisi fortè bona mente l. 25. c. d. r. vel in favorem filii id evidenter sit factum, Cujac. ad d. Nov. 18. p. m. 99. in fin.

Portio enim hæc legitima potius legis beneficio (undè & nomen accepit) alicui debetur, quàm beneficio testatoris.

106. Sed si quis quærat; quo titulo portio legitima hodiè sit relinquenda, an titulo universali puta Institutionis, vel particulari, puta Legati? Ei cum *Boc. cl. 5. disp. 24. th. 52. secundùm Nov. 115 c. 3. in pr. & c. 4. in pr.* respondemus distinguendo: aut adsunt parentes & filii, aut fratres, si tantùm fratres, sufficit legitimam titulo legati, vel donationis mortis causa relinqui, si verò Parentes & filii adsint Portio Legitimæ non nisi titulo Institutionis est relinquenda, qui titulus aliis est honorabilior & utilior, siquidem heres institutus personam defuncti repræsentat *l. 5 §. 6. ff. de leg. præst. & coherede hereditatem repudiante, jus habet accrescendi, quod secus est, si ipsi saltem aliquid sit legatum, & alter heres institutus. Olem. disp. 18. n. 31. 32.*

107. Hinc testamentum Patris inter liberos factum non valet, si uno ex filiis legitimam absque titulo Institutionis relinquat *per d. Nov. 115, c. 3. in pr. ubi Imper. generaliter loquitur de filiis instituendis, vel ex justâ causâ exheredandis, & sic à Parentibus honorabili Institutionis titulo ad hereditatem vocandis.*

108. Effectus Legitimæ est, quod fideicommissum, ut supra dictum, gravari nequeat, undè si plena non sit relicta, agitur ad ejus supplementum § 3, *Inst. de inoff. test. & l. 30. C. eod.*

109. Utrùm liberis Legitima statuto vel pacto possit tolli, inter nonnullos disceptatur. Quod neg. Quia debetur liberis jure naturali *l. 36. §. 2. C. de inoff. test. Quicquid verò jure naturali debetur, prorsus tolli nequit. § pen. Inst. de I. N. G. & C.*

110. Minui tamen legitima potest, siquidem quoad quantitatem est juris Civilis *Nov. 18. c. 1. v. licebit. Quam etiã sententiam hodiè summum Cameræ Imperialis tribunal sequitur teste Myus. 5. obs. 43. & Gail. 2. obs. 122.*

111. Legitimam porrò minuunt libertates *l. 2. §. 9. ff. de inoff. test. non verò sumtus Studiorum l. 50. ff. famil. hercisc. nec publicatio honorum Patris facta. Trentl. part. 1. disp. 13. th. 16. lit. F. & part. 2. disp. 31. th. 7. lit. D. neque legata ad pias causas relicta, Cujac. 5. obs. 32. in fin. & ad d. Nov. 18.*

112. Colophonem huic materiæ imponat celebris illa controversia; Ultrùm filius propter Inventarium non confectum amittat legitimam? Quod multi asserunt, adeò ut ad omnia legata & fideicommissa persolvenda teneri videatur, etiamsi eis solutis nihil pro legitimâ ei supersit. Verùm nos cum *Fach 4. Contr. 34. & Gail. 2. obs. 138. n. 14.* Negativam amplectimur, cum certum sit, Legitimam neque directè tolli posse, neque indirectè, nec ullum gravamen præjudiciumvè in legitimam inferri *l. 32. & l. 36. §. 1. C. de inoff. test.*

113. QUARTA ARROGATI sive D. PII est quarta pars bonorum, quam Pater adoptivus filio impuberi causâ cognitâ arrogato, & sine justâ causâ exheredato vel Emancipato, præter bona, quæ ad eum transtulit, & quorum commodum ei postea acquisivit, jubetur relinquere. *§. 3. Inst. de adopt. l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. l. 1. §. 21. ff. de collat. bon. l. 22. ff. de adopt. & l. 2. C. eod.*

114. Authorem habet Imper. D. Pium Antoninum *l. ult. ff. si quid in fraud. patr.* à quo etiã nomen accepit, & periculi, quod vitæ pupillorum ab arrogatoribus impendebat, evitandi causâ est instituta; duplex enim ad deprædandum arrogati patrimonium patebat aditus, si puer vel è medio tolleretur, vel emanciparetur; Igitur jure constitutum est, ne arrogator impuberis ejus ante pubertatem mortui heres esset, & deindè ut impubes minimùm quartam arrogatoris sui bonorum partem lucraretur *§. 3. l. de adopt. & Hortom. ad §. ult.*

115. Quia verò in omnibus legibus, quibus de hâc quarta dicitur, solius Impuberis fit mentio *l. 2. C. de adopt. l. 22. ff. eod. l. fin. ff. si quid in fraud. patr. l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. l. 1. §. 21. ff. de collat. l. 10 §. 6. ff. de vulg. & pup. substit.* Puberibus hoc in casu quartam non deberi cum *Donel. 2. Comm. 23. in f. & Bach. sup. Inst. de adopt.* asserimus.

116. Materia circa quam versatur sunt bona arrogatoris, tibi quaestio suboritur perquam dubia & anceps, Quidnam per quartam intelligatur; Anne Quarta universorum arrogatoris bonorum an verò Quarta duntaxat pars debitæ portionis ab in-

testatò, quam scilicet impubes ex suecessione intestati arrogato-
ris esset habiturus? Prius nos cum Ampliſſ. Dn. Lindeman. p. m.
¶ Cro & Antecessore in Almâ hâc ROSARIUM quondam Ordinario in suis
Exercit. Justinian. disp. i. tit. de adopt. ii. th. 7. affirmamus, per l. fin. ff. de
quid in fraud. patr. l. 2. C. de adopt. l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. l. 1. §. 21. ff. de col-
lat. bon. l. 22. §. 1. ff. de adopt. Heig. ad §. 3. I. de adopt.

117. Ad argumenta dissentientium, quòd hoc modo 1. Con-
ditio adoptivorum melior sit quàm naturalium, si fortè quatuor
vel plures liberi naturales sint superstites & 2. Adoptio naturam
non imitetur. §. 4. I. de adopt. cum Hunn. in suis resol. lib. 1. tract. 3. q. 34.
respondemus, Non esse verisimile eum, qui quatuor pluriumve
liberorum parens est, aut prolis adhuc spem habet, alios sibi in
liberos adopturum l. 15. §. 2. l. 17. §. 2. & 3. ff. de adopt. & quamvis
hoc aliquando contingat, casus tamen est perrarus, qui in confide-
rationem non venit; Adoptio verò imitatur naturam, & liberi
adoptati assimilantur naturalibus, quando illorum eadem est ra-
tio, quæ hic cessat.

118. Frustrâ igitur queritur; utrùm Legitima hæc arro-
gati portio perindè ut portio Legitimorum & naturalium libe-
rorum in bonis Parentum ex Novâ Justin. Constit. de Triente & semis-
se Nov. 18. aucta censeatur? Myns. §. 3. I. de adopt. & Du. Lindem. All.
disp. i. th. 7. de adopt.

119. De formâ hujus quartæ est; ut non tantùm ab inte-
statò, sed etiàm ex testamento relinquatur, sive arrogator in te-
stamento arrogatum præterierit, sive iniquè exheredaverit,
Schneid. ad §. cum autem impubes I. de adopt. Undè si impubes arrogato
sine causâ fuerit emancipatus, bona ejusdem, quæ ad arrogato-
rem attulit, ei statim restituantur, quarta verò demùm patre ar-
rogatore mortuo præstatur Bach. I. de adopt. Quam pupillus in-
terim decedens nondùm etiàm agnitam transmittit ad suos here-
des l. 1. §. 21. ff. de coll. bon. Schneidw. l. d. n. 11. cum habeat Actio-
nem Personalem sibi scilicet jam quæsitam contra arrogatorem
d. l. 1. §. 21.

120. Ad effectum pertinet quòd querela inofficiosi arro-
gato non competat l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. Sed ad consequendam
illam

illam conditionem ex lege D. Pii habeat. § 3. *Inst. de Adopt. v. item non aliter, l. 22. ff. de adopt. & d. l. 8. §. 15.* ideoque si de facto egerit & succubuerit, quartam non amittit, quia habet eam tanquam æs alienum *d. l. 8. §. 15.* quæ fideicommissio gravari nequit. *l. 22. §. 1. ff. de adopt. licet arrogator impuberi in hac quartâ pupillariter substituere possit d. §. 1. l. 22.* substitutio enim pupillo censetur esse utilis. *l. 42. ff. de acquir. hered.*

121. Hactenus egimus de Quartis Legalibus Principali-
bus nunc ut transeamus ad Quartas minus Principales, ordinis ratio quidem postulat, verum quia præter expectationem disputatio excrevit, ideo vela contrahere cogimur, & pauculis duntaxat verbis easdem describere.

122. Inter quas primum sibi vendicat locum *QUARTA FISC*, quando nimirum heredi, qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem Quarta eripitur, & ad Fiscum transfertur, dodrantis vero semissem solum capit, qui se detulit, residuo ad Fiscum redeunte ut docet *Jctus Paul. in l. pen. ff. de jur. Fisc.*

123. Quarta *EPISCOPORUM* à Justiniano *Nov. 6. c. 1. §. 1.* est instituta, ubi statuit, utis, qui à Curialibus aut officialibus ad Episcopum provocatur, prius substantiæ suæ Quartam Curia largiatur, quod postea *per Nov. 123. c. 1. §. 1.* est correctum, ita ut honorum suorum Quartam duntaxat sibi retineat, reliquis ejus rebus omnibus Curia & Fisco applicatis.

124. Quarta *CURIAE* dicitur hereditatis quadrans quem curia ab eo, qui ex decurionum numero non est, & Curiali sive ex asse sive ex parte succedit, jure postulat, ita ut universum Patrimonium, quod relictum est, in quatuor partes heres dividat, & fors ducatur, ac proinde vel Curia quadrantis, vel heredi aut fideicommissario per universitatem dodrantis electio, ex fortis felicitate contingat, *l. 1. & in pr. C. quan. & quib. quart. pars.*

125. Quarta *AGNATORUM* erat olim quadrans hereditatis ab intestato mortui, quem filiis non extantibus & Nepotibus ex filia exclusis auferabant agnati. *l. 4. de leg. hered. in lib. 5. C. Theod. Quam postea legem Justinianus abrogavit per l. ult. C. de suis & legit. liber.* ubi sanxit, ut soli descendentes sive posterii, quamvis ex foemina sint prognati, hanc quartam simul habeant, omnibus agnatis remotis.

Quar-

126. Quarta CENTESIMÆ cujus in l. *fn. C. de petit. hered.* fit mentio est quadrans usuræ Centesimæ Gothof. in not. ad d. l. *fn. lit. H.*

127. Quarta FILIÆ MAJESTATIS damnati ab Arcadio & Honorio Imperatoribus fuit introduc̃ta, qui, cum majestatis damnati bona olim ad liberos pertinerent. l. 9. ff. ad L. Jul. Majest. constituerunt, ut filiis omninò nihil relinqueretur, filiar̃ verò, quotquot numero essent, quartam duntaxat ex bonis maternis, sive testata, sive intestata decessisset, caperent, sicque mediocrem potius alimoniam, quàm integrum emolumentum, ac nomen heredis haberent l. 5. § 3. C. d. r.

128. Quarta MARTIS vel AVIÆ CURIALIS ex Confit. D. Justin. matri vel aviæ debetur, quæ tempore quo filius Neposvè moritur in conjugio ejusdem civitatis Curialis fuerit reperta per l. 2. inf. C. quan. & quib. quart. pars.


129. Quarta MONACHI dicitur, cum quis liberos habens & in Monasterium se ascribi volens istis liberis tantum ex bonis suis tenetur relinquere quantum quarta pars bonorum ejus, si intestatus decessisset, efficeret. Si verò quid jam ante, aut donationis propter nuptias, aut dotis causâ, sed tamen quadrante minus, ipsis erogaverit, quod ad quadrantem deest, suppletur, & reliqua in Monasterii dominium transeunt Nov. 5. c. 5. & Nov. 123. c. 38.

130. Quarta FILII SUPERSTITIS locum habet, cum Pater familiâs uxorem reliquit gravidam, & quot liberos Paritura sit dubitatur, ubi prudentissimè Jcti constituerunt, ut pars pro tribus in suspenso maneat, usq; dum mulier pepererit, quarta verò pars filio superstiti attribuat. l. 3. ff. si pars hered. pet.

131. Quarta CONJUGI SUPERSTITI inopiâ laboranti relinquitur, si matrimonium fuerit absq; dote, & conjux præmoriens locuples, ubi unâ cum liberis communibus alteriusvè matrimonii, si tres sint vel pauciores in Quartam succedit substantiæ partem, si verò plures in portionem virilem Auth. Præterea C. und. vir.

& 112. Nov. 117. c. 5. Et hæc sunt, quæ de QUARTIS LEGALIBUS pro ratione instituti & ingenii viribus proponere volui,

S O L I D E O G L O R I A .



the scale towards document

ex lege D. Pii habeat. § 3. *Inst. de Adopt. v. item opt. & d. l. 8. §. 15.* ideoque si de facto egerit & non amittit, quia habet eam tanquam ætate fideicommissio gravari nequit. l. 22. §. 1 ff. *de leg. 1.* si impuberi in hac quartâ pupillariter substitutio enim pupillo censetur esse utihered.

Legimus de Quartis Legalibus Principalius ad Quattas minus Principales, ordinis ut, verum quia præter expectationem dispuela contrahere cogimur, & pauculis duntaxat describere.

as primum sibi vendicat locum *QUARTA FL* m heredi, qui tacitam fidem accommodavit, tueret hereditatem Quarta eripitur, & ad dodrantis verò semissem solum capit, qui se scum redeunte ut docet *JCTus Paul. in l. pen.*

PISCOPORUM à Justiniano *Nov 6. c. 1. §. 1.* it, utis, qui à Curialibus aut officialibus adur, prius substantiæ suæ Quartam Curix larer *Nov. 123. c. 1. §. 1.* est correctum, ita ut honon duntaxat sibi retineat, reliquis ejus rebus sco applicatis.

C U R I Æ dicitur hereditatis quadrans ex decurionum numero non est, & Curix parte succedit, jure postulat, ita ut unim, quod relictum est, in quatuor partes hecatur, ac proindè vel Curix quadrantis, vel iffario per universitatem dodrantis electio, ntingat, l. 1. *et in pr. C. quan. & quib. quart. pars.*

AGNATORUM erat olim quadrans hereortui, quem filiis non extantibus & Nepoauferebant agnati. l. 4. *de leg. hered. in lib. 5.* legem Justinianus abrogavit per l. ult. *C. de* sanxit, ut soli descendentes sive posterio, ant prognati, hanc quartam simul habeant, otis.

Quar-